1530 Dedit, Dotauit, Dotaliciauit, Inscripsit et Reformauit
prout Dat, Dotat, Dotaliciat, Inscribit, et Reformat praesentibus
Per ipsam Nobilem Mariannam Iaworska sui Kaczo praesentes Con-
sortem eiusque Posteros, eandem Medietatem Omnium generali-
ter Bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum Mobilium et Im-
mobilium, ac res suprascriptas omnes cum Vniuersis eo-
rundem Vtilitatibus, et Vsufructibus Competentijsque eis
rogatiuor quoad Tenendi, habendi et Possidendi, illisque
quiete et pacifice utifruendi, et ad suos Quoscunque Succes-
sorum quosuis beneplacitos usus fructus libere, et effectualiter
Conuertendi, Vigore ac more aliarum Reformationum hacte-
nus, et vitalitius in Regno obseruari solitum. Praesentique
sua personali Recognitione ad praemissa Omnia et
Singula Mediante.

Gnosi Bielski suo et Contis Suae Nomine ab Vna, et Kosak, parte ab Altera Intercisa inter se inuicem Roborant.

Comparentes personaliter foram Officio et Actis praesenti-
1173 bus Castrensibus Capitaneal. Premysliensibus Gnosi
Michael Bielski ab Vna, et Stanislaus Kosak parte ab
altera, sani Mentibus et Corporibus existentes a Terris
Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis
proprijs, et Competentibus recedendo. Praesenti vero Castren
Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad Actum
hunc attinet se, cum successoribus, ac bonis suis generaliter
Omnibus totaliter et plenarie Incorporando, atque
subijciendo palam libere, publice, ac per expressum
Recognouerunt, Siquilibet illorum suo proprio Onie
esi.

esse Recognovit; Quia ipsi et quidem Generosus Bielhu-
ses, et Generosa Constantia de Sotowice Consortes suae le-
gitimi, pro quibus rati habitione cavet, et venientes in-
scriptis nomine, Sibi mutuo et invicem Una Pars alteri
ac Possessis utriusque Partis, se ac suos Successores, in et sup.
bonis suis generaliter omnibus, Summisque quibusvis
pecuniarijs habitis et habendis Inscribunt et obligant
praesentibus. Intercisam certam inter se Recogno-
scentes et praefatam Generosam Bielhu Uxorem
Recognoscentium Consortem ratione certarum re-
rum et Conditionum in eadem Intercisa contenta-
rum de Actu et Data illius in Nova Civitate Korybel
die Vigesima Mensis Maij Anno praesenti Con-
fectam Conscriptam Manibus sui Recognoscentium
propriis ab Utriusque Subscriptam in omnibus et
Singulis eiusdem Intercisae Conditionibus, punctis
Clausulis, articulis, Vadio, Ligamentis ac Nexibus
generaliter Universis firmiter tenere, Complere,
Exequi ac inviolabiliter observare, Omnibusque et Sin-
gulis eius Contentis tam in parte quam in toto, toties quo-
ties opus fuerit satisfacere. Intercisam praefatam ad
Inscriptionem praesentem Roborationis, et Inscriptionem prae-
sentem Roboratoriam ad Intercisam praefatam invi-
to mutuo utrinque referendo. Idque Sub Vadio
Summae Mille florenorum polonicalium per Partem Par-
ti contravenientes utriusque Partis, ob non Completi-
one Contentorum Intercisae praefatae omnium et Singu-
lorum tam in parte, quam in toto toties, quoties opus
fuerit ad Luendum Succumbendo. Sub Luendo
quidem Vadio medio praemissis ad Luendum

1540. Succubiturus, ac pro re aliqua principali ex Contentis
praefatis Interasso non Completo Complendi, Citato
existens Memorata Pars una praemissa tenens,
sive eius posteri, Ad Instantiam partis Alterius
praemissa tenentis et Complentis, vel illius Successo-
rum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premy-
sliense ex tunc Recessu Citationis praescripti, quo ad Respon-
dend. Spectat Mediante Semper in Dicto Citatio-
nis Termino tanquam peremptorio. Stare Iuri parere
Respondere, Vadium praefatum Luere, Dispositioni huic
Iuris facere, ac omne iudicatum pati Debebit, et Te-
nebitur. Seque ac suos Successores ad eadem omnia
Inscribit et obligat praesentibus Illum Terminum
primum peremptorium, et alios omnes exinde Sub-
sequentes semper peremptorios Terminos Vera
Infirmitate pro maiori, Minorennitate Successoris,
Legatione citra, vel extra Regnum, Et Talys Iuris
bello Servitio Militari, ad Munimenta ad Evictionem
vel alys quibusvis Dilationibus et legalibus Impe-
dimentis non Differendo, Ad Evictationem pro
ea, ultra primos, et proximos Officy praefati Ca-
strensis Capitaneatus Premysliensis Terminos Dila-
tionem Sibi non recipiendo Nullosque Motiones Appellati-
ones, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa o-
mnia [illegible] Simplicibus, vel triplicatis, Cassationibus, Su-
spensionibus, praescriptione terrestri, Conventione regni
ac alys quibusvis Omnibusque Iuris Remedys, et
Defensionibus non subterfugiendo, Nec modo alio quovis
Etia

Quaerendo: His suis praesentibus personalibus Recognitionibus ad praemissa omnia et singula Mediantibus.

Generosus Zaklika cum Famulis suis intro content. per Generosum Labeski de Processu Causae Quietatur.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus 1173
Generosus Valentinus Łabeski, sanus mente et Corpore existens, a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs, et Competentibus recedendo: Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se, cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter, et plenarie Incorporando, atque subijciendo, palam libere, publice, ac per expressum Recognovit: Quia ipse Generosum Stephanum Zaklika et Nobiles Zydalowski, Koporski, Kamorowski famulos ipsius, et eorum quosvis de Causa et Actione, officiaria infrascripta per se Recognoscentem eidem suprascripto Generoso Zaklika, et famulis ipsius Ratione per ipsos non Contentos praetensionibus iniurijs, et Damnis, atque violentijs subditorum de Villa Sacrae Regiae Maiestatis Brzeznica ad Praedium Zadniestrski dictum sui Recognoscentis pro tunc Administrationi subiectorum, pro exercendis laboribus, et devehendis ex Campis frumentis cum Curribus Suis ceder... Suscitato Authoritate Interceptionis eorundem subditorum ex